

zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES
EX TIT. FF. C.
ET INST. DE HEREDI-
BUS INSTITVENDIS.

Q V A S
D. O. M. A. PRAESIDIBVS CLARISS.
CONSULTISS. VIRIS D. IOANNE MICHAELIS
Cronenburgero, & D. Ioanne Hollandt, SS. LL. Li-
cent. Dictatore & Fisco in celeberrimo Iureconsul-
torum apud Agrippinates Collegio, pro
virili publicè defendere ad-
nitetur.

MATTHIAS DE Mühlen.

*Anno reparatae salutis MD. LXXXVII.
IX. Iulij.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHDT.

H

CONTINUATIO.

Adhuc facultas Testandi legibus certis permiffa (a) in persona Testantis, Testandiq; modo fuit; (b) fequitur recto ordine de Heredis institutione; (c) qua velut caput & fundamentum totius Testamenti intelligitur; (d) adeo ut ne miles quidem illud facere poffit Herede non instituto. (e)

(a) l. Testandi 13. C. de Testam. (b) Donel. 6. Comm. 4. (c) Duaren in pr. h. t. (d) §. Ante. Inst. de legat. l. 1. in pr. h. t. (e) §. 1. Inst. de Testam. militar. l. fi. ff. de iur. Codicill.

THESIS I.

EST autem Heredis Institutio nihil aliud, quam Successoris (a) Vniuersalis (b) à Testatore interposita designatio. (c) Cuius consideratio tum in Personis Instituendis; tum in Modo instituendi absoluitur: (d) Rursus in Personis Neceffitas & Facultas earundem instituendarum spectatur. (e)

(a) l. Quotiens 9 §. Heredes, ff. h. t. l. si is 34. ff. de iudic. (b) l. Nihil est 24. vbi Brech. & l. 208. ff. de V. S. l. Heres 37. ff. de acq. vel. om. hered. (c) Dn. Vult. 1. IR. 72. fol. 330. (d) Id. ibid. (e) Don. 6. Comm. 11.

II.

Ex Neceffitate Personae quaedam neceffario Heredes aut exheredes constituenda sunt; idq; propter debitam illis hereditatem: (a) quaedam non item; in quibus institutione denegata exheredationis locum praeteritio explet, cum in bonis Testatoris nihil iuris habeant. (b)

(a) Vult. d. loc. l. In suis 11. ff. de lib. & post. §. Sed fui, Inst. de hered. qual. l. Nam etfi. ff. de inoff. §. Non autem, Inst. de inoff. (b) Vult. in pr. Inst. h. t. V. Vel. ad rubr. cod.

III.

Instituendi verò vel Exheredandi ad vim Testamenti proximitate spectata, quidam semper; vt liberi & parentes: (a) quidam quandoque, vt fratres consanguinei. (b)

(a) in pr. Inst. de exhered. l. fin. C. de liber. prat. d. l. Nam etfi. §. Iustum. Nouel. vt cum de appell. (b) d. §. Non autem, l. Fratres, C. de inoff.

IIII.

Liberis autem sic parentum debetur Hereditas, vt nihil intersit, sint ne sexu masculi; an foeminae: gradu filij; an nepotes: potestate sui heredes; an emancipati: consistentia nati; an postumi: & in postumis nihil, vtrum filij postumi an nepotes (a) origine naturales an adoptiui. (b) Vnde hos omnino instituere aut exheredare oportet.

(a) l. Maximum, C. de inoffic. §. sed haec quidem Inst. de exher. Don. 6. Comm. 11. (b) §. Adoptiui liberi. & seq. vbi Mynf. & V. Vel. Inst. de exhered. §. sed hodie Inst. de Adopt. pen. C. cod.

V.

An hoc etiam nunc neceffe habeant facere Mater vel Auis maternus, quaesitum fuit: Et horum silentium tantum facere, quantum exheredationem paternam, vt olim, ita nunc obtinet.

§. Mater

§. Mater, Inst. de exhered. vbi VVef. nu. 1. & 2. Duaren. cap 3 de inoffic. Cuiac. ad l. 4 ff. de lib. & post. & ad l. Filio, ff. de iniust. rupt. Consentit ex part. Iul. Clarus in §. Testamen- tum quæst 47. Azo in summa, C. de lib. prat. Alciat. 4. Parerg. 9.

V I.

Vt verò liberos ad bona parentum natura simul & parentum commune votum admit- tit: (a) sic turbato mortalitatis ordine non minus parentes ad luctuosam liberorum, sine li- beris morientium, hereditatem pietas & ratio commiserationis vocat. (b)

(a) d. l. Nam etsi, (b) l. scripto, ff. si tab. test. Donel. 6. Comm. 14.

V II.

Sive autem utrique exheredentur siue instituantur utrumque certo modo fiet: (a) Et quidem in institutione spectandū est, ut legibus debita portio illis relinquatur, (b) utrum- ne titulo institutionis, an saltem alio quouis relictī genere? Illud communiter praevaluit, posterius non nisi ex quantacunque parte institutis receptum. (c)

(a) Don. 6. com. 12. & 14. (b) l. Parentibus 8. C. de inoff. test. (c) §. Aliud quoque, §. sancimus. Nou. ut cum de app. Couarr. in cap. Raynutius §. 1. nu. 2. & seq. Clar. in §. Testamen- tum, q. 38. Gail 2. pract. obser. 112 n. 11. Costal. ad l. Papinianus 8. ff. de inoff. Et comm. Dd. in Auth. Nouissima, C. cod. V Valtherus 1. Misc. 9. Dissentit Vaudus 1. quæst. 5.

V III.

Est autem debita portio pars certa eius portionis, quam quis in bonis defuncti habitus- rus esset ab intestato, (a) quæ olim quarta fuit, (b) nunc triens, vel semis pro numero li- berorum: (c) quam consuetudine quidem minui, non vero tolli posse, (d) simul q̄ omnibus, quibus antiquæ quartæ ratio querelam suggererat auctam esse, arbitramur. (e)

(a) d. l. Parentibus, 8. d. l. Papin. §. si quis mortis. Donel. 6. com. 12. (b) §. vlt. Inst. de inof- fic. (c) §. 1. Nou. de tr. & sem. VVef. ad. d. §. vlt. Auth. Nouissima, C. de inoffic. vbi Iason nu. 49. Sichard. nu. 1. 5 & 26. (d) Mynf. §. sing. obs. 43. Gail 2. obs. pr. 122. Cagnol. ad l. Iura. 8. nu. 3. ff. de R. I. Sichard. ad d. Auth. Nouissima, nu. 6. (e) §. 1. Nou. de trient. & sem. vbi Cuiac. vide Vasq. de succ. libr. 2. §. 20. part. 4. req. 43 nu. 213.

V IX.

Porro in exheredatione spectanda duo: ritus & causa exheredationis. (a) Ut autem ritè exhereditatio fiat, in eo sunt conditiones quatuor, ut fiat nominatim, (b) ut purè (c) ut non ex re certa, (d) ut ab omnibus gradibus. (e)

(a) Duaren. cap. 3. de lib. & post. Don. 6. Comm. 12. & 14. l. Non putauit §. Non quæuis ff. de bon. poss. contr. tab. l. Cum ratio, ff. de bonis damnat. (b) §. nominatim Inst. de ex- her. d. l. Maximum, vbi Sichard. nu. 11. l. 1. 2. 3. ff. de lib. & post. (c) d. l. 3. §. Purè, l. si quis 68. in fin. ff. h. t. l. sed sub conditione 18. ff. de bonor. poss. contr. tab. (d) l. Cum quidam 19. ff. de lib. & post. (e) l. etsi 3. §. vlt. l. si postumus 14. §. Quod vulgò. cod.

X.

Causa exheredationis vnica est parentibus & liberis communis, ingratitude videli- cet, (a) cuius in parentum exheredatione desinita sunt septem, in liberorum verò quatu- ordecim species, (b) quarum extensionem ad alias, vel his æquales, vel maiores cum vul- go admittimus. (c)

(a) Vult. in præl. post. tit. de testam. ord. in fin. (b) §. Aliud quoq. Nou. ut cum de ap- pell.

pell. (c) VVes. in parat. nu. 5. de lib. & post. & conf. 29. nu. 49. Clarus in §. Testamentum, quæst. 41. Emanuel Soarez in Thesaur. recept. sent. in verbo. Exheredatio. num. 205. Iason in Auth. Non licet. C. de liber. præ. arg. c. vnici, §. porro. In vlib. feud. Quæ fuit præ. caus. benef. am. Menoch. de arbitrar. iud. quæst. cas. 277. nu. 6. Couarr. in cap. Raynutius in pr. nu. 16. de Testament. Diff. Donel. 6. Comm. 12. fol. 28.

XI.

Cum verò Exheredatio iustis delicti cuiuspiam causis nitatur, hinc ambigi ceptum de postumo, vtrum illius Exheredatio hodie sit utilis, nec ne? Et quoad effectum solemnizandi Testamentum, nulla mutatione agnita, tam illam valere, (a) quam omnem sine causa, nedum non adscripta, fieri posse putamus. (b)

(a) l. si postumus 14. de liber. & post. §. 1. Inst. de exh. liberor. Angel. Spannoch. ad l. Galus, ff. de lib. & post. pag. 128. Vigl. ad rubr. Inst. de inoff. nu. 4. Valquius 3. illustr. controu. 106. nu. 13. & seq. Alciat 4. parad. 10. Connan. 9. comm. 10. nu. 4. Communis opinio est in contrarium teste Iulio Claro in §. Testamentum, quæst. 41. quam etiam sequitur. Cuiac. ad l. 4. ff. de liber. & postum. (b) arg. pr. & §. postumi Inst. de exh. liber. l. 3. 4. 5. ff. de inoff. Donel. 6. comm. 12. fol. 30. nu. 20. Et ad Auth. ex causa num. 6. C. de liber. præ. Duar. cap. 3. de lib. & post.

XII.

Causa igitur expressio in Exheredatione non ideo necessaria est, vt ab initio Testamentum vllius sit momenti, sed ne per querelam expugnetur, (a) vnde etiam, si qua est, eam Testamento adscribi oportet, atque negata ab herede probanda est, aliàs nullius efficacia futura. (b)

(a) Dida. Couarru. in pr. cap. Raynutius nu. 6. & ab eo allegati. Duaren. cap. 3. de inoff. cios. (b) §. si quis in fin. Nou. vt cum de app. l. si quis filium, & l. Omnimodo, C. de inoff. Bart. in l. si pater, nu. 25. C. de Instit. & subst. Curt. in d. Auth. Non licet, nu. 17.

XIII.

Et hac de ijs quos semper instituere aut exheredare necesse est: in quibus alterutrum horum quandoque exigimus sunt fratres consanguinei, (a) quorum mutuam successionem nec liberis, nec parentibus superstitibus necessitudo arctior, & nominis, familia, originisq; idem ius efflagitat, (b) scripto herede, eodemq; non Necessario, infamia vel turpitudinis, vel leuis nota macula laborante. (c)

(a) Donell. 6. comm. 15. (b) Viglius in §. Non autem Inst. de inoff. l. Fratris 21. C. de inoff. (c) d. §. Non autem, & d. l. Fratres 27.

XIV.

Vnde hoc casu præteritus, aut nullis iustis de causis, quales numero tres sunt (a) exheres, turpi persona præferetur, (b) nisi & ipse similis conditionis sit, (c) aut legitimam portionem habeat: (d) ad quam alijs Institutionis titulum, saltem in minima re, supplemento admissio, requirentibus (e) alij longius prolapsi, etiam institutum in tota legitima odio turpis persone adiectæ de inofficioso agere posse putarunt, (f) quorum an nihil iuri congruat disputando inquiremus.

(a) §. Et quoniam Nou. de nupt. (b) Sichardus ad d. l. Parentibus nu. 10. Clarus in §. Testamentum

stamentum, qu. 50. nu. 1. (c) l. In arenam 11. C. de inoff. l. cum mulier, ff. Sol. matr. (d) §. tam
autem, Inst. de inoff. (e) Clarus d. q. 50. sic interpretatur opinionem Angeli in l. 1. ff. de ius
off. & sequacium, (f) ut notat Sichard. in d. l. Fratres, nu. 8. & 9.

XV.

Atque eiusmodi est Necessitas instituendi, Potestas sequitur: ex qua instituuntur cū
quibus est Testamenti factio (a) Regulariter nimirum omnes homines in orbe Romano
degentes; non minus serui: ūq; tam proprij, quam alieni: atque liberi. (b) Illorū alij liber-
tatis; alij dominorum intuitu: hi ex propria persona conditione.

(a) Vlp. in fragm. tit. Qui her. Inst. poss. in pr. l. si alienum 49. §. 1. ff. h. t. §. in extraneis,
inf. de hered. qual. & diffe. (b) Vult. l. I. R. 72. fol. 328. l. Non minus 31. ff. h. t. in pr. Instit.
cod. vbi VVcfemb.

XVI.

Si qui igitur institui prohibentur, sunt qui nominatim excipiantur. (a) quorum nume-
ro sunt; Seruus adulterio cum domina maculatus, ab eadem institui vetitus. (b) Peregri-
nus, (c) Hæreticus, (d) Apostata, (e) Princeps litis caussa, (f) & si qui sunt alij.

(a) Mynsing. in pr. Inst. h. t. num. 1. (b) in pr. Inst. h. t. ver. Est autem, vbi Cuiac. in not.
prior. l. 48. §. 1. ff. h. t. (c) l. Sed et si 6. §. Solemus ff. h. t. l. 1. C. eod. (d) l. Manichæos 4. §. 2. l.
Arriani 5. C. de heret. & Manich. (e) l. Hi qui sanctam 3. C. de Apostat. (f) l. Imperatorem
pen. ff. h. t. Donel. 6. comm. 27. Duaren. cap. 2. h. t. §. vlt. Inst. Quib. mod. Test. inf.

XVII.

Non autem noti tantum, sed etiam ignoti institui possunt, nimirum de facie: (a) quin
& omnino ignoti, nimirum in consequentiam certi alicuius corporis instituti, sub quo illi
contineantur; cuiusmodi est collegium Priuilegiatum, (b) Municipium, Respublica, Po-
pulus &c. (c) Nō tamen personæ incertæ (d) exceptis inopibus & pauperibus Ecclesia: (e)
generaliter numero heredum testatoris arbitrio relicto. (f)

(a) Vult. d. cap. 73. fol. 333. §. vlt. Inst. h. t. l. extraneum, C. cod. l. Omnibus 26. ff. ad Tre-
bell. (b) l. collegium 8. C. h. t. Duar. cap. 2. eod. Donell. 6. comm. 17. (c) l. Hereditatis 12. C.
h. t. (d) Vlp. in fragm. §. Incerta. tit. Qui hered. Inst. Duar. d. cap. 2. quanquam dissentiat.
Donel. 6. comm. 17. (e) l. Id quod pauperibus 24. l. Nulli 28. l. si quis 49. C. de Epis. & Cler.
Covar. c. cum tibi, num. 14. de testament. Boëtius Epon. ad cap. Ioannes 19. nu. 37. eod.
(f) §. Et vnum, vbi Vigl. & VVcf. Inst. h. t. arg. l. pen. ff. de condit. Instit. l. cum post 61. §.
Gener. ff. de iur. dot.

XVIII.

Horum autem qui institui possunt, alius Domesticus; alius Extraneus, Domesticus,
qui in potestate defuncti constitutus fuit, vel Dominica; vt seruus: vel patria, vt liberi. Ex-
traneus contra. (a) In illo heredis existentia necessaria, vnde Necessarius, siue tantum ta-
lis sit, siue etiam suus. (b) In hoc voluntaria, vnde voluntarius. (c)

(a) in pr. Inst. de hered. qual. §. Necessarius, cum duob. seqq. §§. eod. (b) d. §. Necessarius,
& seq. (c) §. Extraneis Inst. cod. l. seruus 3. §. Qui fidei. ff. h. t. l. Ait Prætor 10. §. si quid. ff.
Quæ in fraud. cred.

XIX.

Adhuc de personis instituendis ex Necessitate & Potestate. Modus instituendi succedit
in De-

in Designatione Heredis, Et partium hereditariarum Cōstitutione. Et quidem illius Designatio in quolibet loquendi genere, voluntatis intentionem declarante valet, (a) si modò certus (b) saltem indubitabili, non contumelioso signo demonstratur, (c) nullo errore tum corporis, (d) tum sanguinis, (e) aut Testatoris incogitantia intercedente. (f)

(a) l. Quoniam 15. C. de testam. Bartol. & gl. ad l. His verbis 49. ff. h. t. Donel. 6. comm. 17. & 21. (b) l. Quotiens 9. §. Heres, ff. h. t. (c) d. l. Quotiens, §. si quis nomen, l. Turpia in pr. ff. de legat. 1. (d) d. l. Quoties in pr. vbi Cuiacius, l. Labeo 7 §. seruus, ff. de supel. legat. Duaren. cap. 3. h. t. (e) l. Neque 5. C. de Testam. l. 4. l. Nec apud 7. C. h. t. Donel. 6. comm. 21. fol. 66. nu. 40.

XX.

Hinc Testamentum patris conditum secundum cautionem Aquilianā non valere, (a) qualicumque tandem persona in conditione posita (b) arbitramur: cum in illa sit formula postumi Nepotis, quasi agnatione post mortem aui, filio premortuo, sui futuri instituenti, (c) ex iure quod erat ratiocinando, (d) maxima utilitatis approbatione, (e) ad Testamentorum conseruationem inducta, (f) quam formulam filij institutio vtique precedere debeat. (g)

(a) Gail 2. pract. obs. 112. num. 13. Clarus in §. Testamentum quaest. 35. (b) Clarus dict. quaest. 35. distinguit, sed ne ex euentissimis quidem coniecturis quis tacite censetur institutus, l. Hereditas 65. ff. h. t. l. si quis ita 16. §. si quis cum, ff. de testam. tut. l. Heredes palā 21. ff. qui testam. fac. poss. (c) l. Gallus in pr. ff. de liber. & postum. vbi Duar. & Henr. à Suerin. fol. 115. libr. Repet. lect. cap. 38. Taurellus in Enarr. d. l. Gallus fol. (mihi) 302. Boëtius Epon in Protheor. eiusd. l. nu. 15. (d) Taurell. d. Enarr. ad pr. leg. Duar. Cuiacius, Matthæus Gribald. Angelus Spannoch. ibid. Conna. 10. comm. 4. Duar. 2. disp. ann. 38. & nouissimè. Boëtius Epon. ad d. pr. nu. 11. nouiter dissentiente. Henrico à Suerin d. loco (e) Duar. de lege Velleia. fol. (mihi) 470. & ad §. Nunc de lege d. l. Gallus. Boet. Epon. ad d. pr. nu. 65. & ad d. §. Nunc de lege num. 1. (f) Taurell. d. Enarr. fol. 304. Boet. in d. Protheor. num. 48. (g) hæc est teste Gail communis. Doct. opin. ad l. Gallus §. In omnibus, vbi etiam Cuiacius & Duar. Couarr. in c. Raynutius §. 3. nu. 9. de testament. Boet. Epon. ad d. pr. nu. 51.

XXI.

Adeo autem turpis & contumeliosa demonstratio improbat, vt illa adiecta totam viciet institutionem, (a) si hac sola sit ad heredem designandum, (b) quamuis ad filij exheredationem, quæuis demonstratio sufficiat. (c)

(a) Donel. 6. comm. 19. (b) l. His verbis 48. §. 1. ff. h. t. (c) l. 3. ff. de liber. & post.

XXII.

Ex posita designatione heredis, videbimus vltimo loco de partium hereditariarum constitutione, cuius tum demum ratio habetur, cum duo minimum eodem Testamento heredes instituti sunt. (a) Vnus enim institutus hereditatem totam occupat, (b) isq; tum heres dicitur ex asse, (c) sed & si plures instituti sint, omnes heredes sunt, vt in minima parte institutus aequè heres sit, atque in maxima. (d)

(a) Vult. d. c. 73. (b) arg. l. Hereditas ff. de R. l. l. Nihil aliud ff. de VS. l. 1. §. si ex. h. t. (c) l. 1. §. 1. ff. si pars hereditat. (d) l. 9. §. Heredes, ff. h. t. §. si plures 6. Inst. h. t. successio enim hereditaria ex iure æstimatur.

Instituens

XXIII.

Instituens igitur plures heredes, potest ipse hereditatis partes constituere, easq; prout libet aequales vel inaequales: atq; insuper alias pauciores, alias plures, sed solemnis Assis distributio in 2. vncias fit, in quam Testator potestate iuris reuoluitur.

§. Hereditas ver. Non autem Inst. h. t. l. Interdum 13. §. 1 ff. h. t. l. seruum 50. §. vlt. ff. cod. Duar. cap. 3. h. t. & 2. disp. anniv. 36. Donel. 6. comm. 20.

XXIV.

Siue autem partes constituat Testator, siue non, vtrumque facit vel simpliciter, vel Mixtum. Simpliciter singulis heredibus aut indefinitè nullas, aut definitè partes adscribendo. Mixtum verò alios definitè, alios indefinitè in partibus instituendo.

per allegat in th. seqq.

XXV.

Omnibus institutis nulla partium facta mentione, equali iure singuli veniunt, (a) nisi eorum alij instituti sint disiunctim; alij coniunctim. Coniuncti enim in partium distributione vnius persona potestate funguntur, (b) si non rursus addito verbo aequè, aut his verbis ex aequis partibus disiuncti fiant (c)

(a) d. l. 9. §. Heredes, ff. h. t. §. si plures vbi Vigl. Inst. cod. Donel. 6. comm. 22. (b) l. Iulianus 15. l. liber homo 59 §. Titius ff. h. t. l. item quod 17. §. pen. ff. cod. (c) l. Interdum 13. l. si quis ita, 66. ff. cod.

XXVI.

Verum enimverò ex certa re instituti rem quidem certam vice praeceptionis, officio Iudicis ex suprema voluntate accipient: sed nihilominus, ad rationem totius Assis reuocantur; Et quocunque casu heredes erunt ex aequis partibus, quasi sine partibus instituti.

l. ex facto 35. vbi Bartol. & Cuiac. l. Qui non 78. ff. h. t. Duar. cap. 3. cod. fol. 450. Donel. 6. comm. 18.

XXVII.

Hereditibus omnibus definitè institutis, Assè iusto res est expedita: iniusto, si qua pars desit, hac hereditibus proportionibus hereditarijs accedet (a) sin qua excedit, hac itidem pro hereditaria parte decreset (b) praeterquam si voluntas Testatoris refragetur. (c)

(a) §. videamus, vbi Vigl. h. t. d. l. Interdum. §. Denique (b) §. Etsi plures Inst. cod. d. l. Interdum §. sed si ex efferit. (c) l. Cum quaestio 23. C. de legat. Myasing. ad §. videamus, h. t. nu. 3. Vult. ibid. Donel. 6. comm. 22. nisi malis correctionem cum Duar. cap. 3. h. t. Cuiac. ad d. l. Interdum. Viglio ad d. §. videamus.

XXVIII.

Partibus autem in quibusdam personis expressis, alijs sine parte nominatis, Assè iusto indefinitè instituti semissem auferunt, reliquo semisse inter definitè institutos diuidendo. (a) Assè vero iniusto in defectu, quod assi deest: (b) in excessu, quod dupondio deest indefinitè instituti auferent. Idemq; erit dupondio expleto. (c)

(a) d. §. si

(a) d. §. si plures, vers. Si vero totus. (b) d. §. si plures, vers. partibus autem. §. Et si plures, Inst. h. t. l. Item quod 17. §. Quod si, h. t. Anton. Faber §. coniect. 20. Duar. 2. ann. disp. 36.

XXIX.

Sed quoties quis certis rebus pro sua institutione contentus esse iussus sit, alio ad certam vniuersarum institutionem relato, illum legatarij loco haberi, hoc hereditatem ad eum certum est.

l. Quotiens 13. C. h. t. vbi Sichard. nu. 1. & 2.

COROLLARIA.

I.

Nec vasallus de feudo (a) nec Clericus beneficium Ecclesiasticum habens de bonis occasione Ecclesia acquisitis, (b) testari queunt.

(a) Text. in c. sequitur, de success. feud. in vrb. feud. Iul. Clar. in §. Feudum. quæst. 40. Duar. in consuet. Feud. cap. 12. nu. 16. Borcholt. ibid. cap. 7. de successione. num. 3. & ab ill. alleg. (b) c. cum in officijs, vbi Couarr. num. 5. & 6. c. Relatum 12. vbi Abbas, de testam. & vlt. vol. c. Episcopus 14. q. 1.

II.

Ex causa præteritionis vel iniusta exheredationis rescissa institutione cetera Testamenti firma manent.

textus est in auth. ex causa C. de liber. præter. §. si tales. Nou. vt cum de app. Iul. Clarus in §. Testamentum quæst. 52. nu. 1. Gail 2. præct. obs. 113. nu. 1. Donel. ad d. Auth. Ex causa, nu. 7. Dissentit Cuiac. ad l. 4. ff. de lib. & post. & ad l. Filio. ff. de iniu. rupt. irr.



153255

AB: 153255



(X2203998)

K



De legibus et constitutionibus Imperii





THESES
EX TIT. FF. C.
ET INST. DE HEREDI-
BUS INSTITVENDIS.

Q V A S
O. M. A. PRAESIDIBVS CLARISS.
NSVLTISS. VIRIS D. IOANNE MICHAELIS
nonenburgero, & D. Ioanne Hollandt, SS. LL. Li-
cent. Dictatore & Fisco in celeberrimo Iureconful-
torum apud Agrippinates Collegio, pro
virili publicè defendere ad-
nitetur.

MATTHIAS DE Mühlen.

*Anno reparatae salutis MD, C. LXXXVII.
IX. Julij.*



COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDT.

H

65

